



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

7. Reliquæ Auerrois propositiones paucis exminantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

formis dubitare vultu possit. Quin etiā vniuersē de omni anima positū iam pridē fuit in 2. lib. t. 4. animā non esse corpus. Deniq. illa verba (aut etiam instrumentum aliquid esset, quemadmodum sensitiuo) aperte declarat, quomodo & quorsum impermissus cum corpore appelleretur; nimirum quatenus inorganicus est, atq. vt à sensu distinguatur, propriāque illius differentia significetur. Est enim is quoq. perficiens actus & forma corporis; nō minū, quā ceterae animae partes: atq. hoc est quasi genus, quod omni animae commune positū est in ea definitione, quā in 2. lib. declarauit. At propria illius differentia, qua separatur ab alijs tanquā diuersū animae genus, vt in t. 21. eiusdē lib. dicebatur; hoc est, quod nullū habet corporeū organū, quo operādo vtatur; quemadmodū ceterae habent, aspectus oculum, auditus aurē; incessus pedes & crura & aliarū vnaquaq. determinatā corporis partē, qua operationē suā absoluit; eaq. vel leuā vel impedita omnis operatio cessat. Instrumentū enim partē corporis aliquā significat facultatē cuiuspiā destinātā ad vsū & operationē. Vnde anima dicitur esse actus corporis instrumentarij; quo vti possit secundū varias partes ad varia opera perficiēda. Si enim in t. 6. lib. 2. Instrumenta dicebantur esse plantarum partes; vt foliū ad tegendum id, quod est circa fructū; & id quod est circa fructū, ad regēdum fructum. Intellectus namq. nullo huiusmodi membro, ceu organo vtitur. Immo quemadmodū in t. 92. lib. 1. dictū est, ne fingi quidē potest, quoniam vtatur. Sed propria habet operationē, cum qua nihil habet commune corporis actio; vt ab eodem ipso Philosopho scriptū est in cap. 3. lib. 2. de animalium ortu. Idcirco verissimē in t. 11. superioris lib. affirmabatur nullius esse actus, velut in nauī nauā. Quoniam in ceteris animabus anima quoad suā substantiā totius organici corporis, vt materia & subiecti, actus essentialis est; singularēq. illarū facultates singularū corporis partiū, tanquā organorum, actus itē existunt; perficientes eas ad quāsdā determinatas operationes obeundas; quas exequi eatenus possunt, quatenus ea facultate praeditae sunt. Ea verō, quae intelligens est, actus quidē essentialis existit corporis vniuersi, dans illi humanū esse: ac eius facultates, intellectus & voluntas, nulli certē ac constitutae parti tanquā ad agendū necessariē adiunguntur; sed in anima sola sustentantur. Quocirca vtrumque verē de hoc anima genere affirmatur; & esse actum corporis, & nullius corporis esse actū. Quippe actus essentialis est totius humani corporis ceu forma materiae & subiecti; atq. hoc est, quod in anima definitione continetur anima omni commune. Nullius autem, siue corporis, siue partis corporis, est actus, tanquā organū, quo ad agendū vtatur: atq. hoc illius propriū est, & à ceteris animabus diuersum. Idcirco anima dicitur esse in corpore vt nauā in nauī, non quod affistat copori, quemadmodū nauā nauī omnē quippe animā definierat Philosophus actū essentialē & vegetantē ac sentientē partē fatentur omnes esse formantes) sed quod vt nauā praeter navigationis motū, quē per nauē tanquā instrumentū facit quatenus est nauā, aliā quāndā operationē habet, quatenus est homo, nempe intelligere, quae cum nauī nullo modo communis est: atq. ratione huius potest à nauī separari ac per se coherere. Sic anima praeter vegetantes & sentientes operationes, quas per corporis organa exequitur, quāndā aliā habet sibi propriā, nempe intellectiōnē, quā per nullū corporis organū facit. Ac rursū vt nauā separabilis non est

A à nauī quatenus nauā est. (neque enim potest esse nauā sine nauī) sed quatenus homo est: sic anima separabilis non est à corpore, quatenus anima est & dat esse corpori, sed quatenus intelligens est, inorganica, & propria absq. corporis vsu operationē habens. Quia vt nauā quatenus homo est, tū in nauī, tū extra nauim, operari potest, sic & anima tum in corpore, tum extra corpus intelligere: & ideo & is à nauī, & haec à corpore separatur. Verū quoniam eo loco definita solū fuerat anima, quatenus actus corporis vt subiecti, nondū verō declaratū, ea operationē habere propriā & inorganicā: propterea post definitionē illā expositā nondū esse manifestū subiūxit, an sic vt nauā in nauī, qui propria hominis operationē habet, qua separari potest à nauī. Itaq. quod ibi dixit manifestū non esse, explicat aperte hoc loco; intellectū inueniens cū corpore permittū, aut organicum non esse, sed tū essentia subsistentē, minimēq. pendente à corpore, tū operatione corporis organo nō indigentē. Et ideo haec ex parte verē esse in corpore, vt in nauī nauā. Cū eo tamen discrimine, quod ex generali definitione perspicuum est, quod nauā sit assitens intellectus essentialis & formans actus.

Ceterū si attentius singula pētemus, duplicē intellectus impermissionē doceri videbimus. Alterā, quoad substantiā, alteram quoad operationē, vtraq. enim permittit in ceteris animae partibus reperitur, quod & ex materiae corporisq. potestate productae sunt, & ideo materialē planē atq. corpoream, hoc est corpori permittā, naturā habent: & determinata corporis parte ceu organo in omni sua operatione vtantur. Duplici huic permittioni duplicē intellectus impermissionem opponit, alperamq. ex altera pulchrē demonstrat. Primum substantia ac natura impermittit eū esse cū corpore, cuius est actus hoc argumento ostendit: Quod si permittus esset, qualitibus corporis afficeretur, calefactūq. corpore aut refrigerato calid⁹ ipse quoq. frigidus ē feret, alijq. afficeretur qualitibus, quibus corpora resq. corporea ac materiales, & ideo etiā sensus, afficiuntur. Siquidem vt materiae quantitate materiales omnes formae extenduntur, ita qualitates omnes aduenientes imbuunt, quibus materia & corpus, cum quibus complicatae & cōfusa sunt; imbuunt & in t. 63. lib. 1. merere aut gaudere, irasci aut timere, motus quidā esse dicebatur, quod in illis affectibus corpus quoq. aut latrone aut alteratione moueatur. At is nulla huiusmodi qualitate afficitur neq. cū corporis motu operatur cū corpore igitur permittus non est. Calore porro & frigus potissimum nominat: tū quod primae omniū qualitates sunt corporibus cōmunes, sine quibus ceterae esse nequeunt: tum quod efficacissima sunt ad agendū: quare si vllis afficeretur intellectus, illis nimirū afficeretur, & nisi afficiatur illis, planē nullis afficietur. Deinde vt ex operatione cōsuevit essentia rerū inuestigare, atq. in superiorib⁹ ex intellectu naturā intellectus docuit: ita mox hanc ipsā substantiā impermissionē ex operationis altera impermissionē velut altero argumento, demonstrat: atq. ex eo, quod propria habet operationē neque cū organo corporeo permittā substantia quoq. impermittit eū esse cōcludit. Si enim substantia haberet cū corpore permittā, quoniam operatio substantiā sequitur, modūq. operationis essentiae modū comitatur, operationē quoq. cū corpore cōmune haberet: atq. vt ipse vniuersi operādi, sic corpus membrū suū alij quod vt organū quod intellectus vtens operationē suae naturae cōuenientē absolueret. Nā ita in sensu

Duplici intellectu impermissionem doceri videbimus. Alteram quoad substantiam, alteram quoad operationem, vtraque enim permittit in ceteris animae partibus reperitur, quod & ex materiae corporisq. potestate productae sunt, & ideo materialē planē atq. corpoream, hoc est corpori permittā, naturā habent: & determinata corporis parte ceu organo in omni sua operatione vtantur.

Animae natura corporis actus essentialis est; singularēq. illarū facultates singularū corporis partiū, tanquā organorum, actus itē existunt; perficientes eas ad quāsdā determinatas operationes obeundas; quas exequi eatenus possunt, quatenus ea facultate praeditae sunt.

Quocirca vtrumque verē de hoc anima genere affirmatur; & esse actum corporis, & nullius corporis esse actū.

Cetera anima partes duobus permixtae sunt.

ac ceteris animae partibus res habet. Anima enim sentiens aspicendi vim aut audiendi, vegetas nutriendi, procreandi facultates conferunt; corpus facultatibus illis organa subijcit, oculos, aures, ventrem, iecur, testes: vel etiam interiori se sui cerebrum; quibus operationes eae perficiuntur, quae propterea organice totique coniuncto ex anima & corpore communes appellantur. Neque alia huius rei extat ratio, quam quod ut illae animae partes corporeae substantia sunt, ita per corporis organa operari eas oportet. At nullum in universo corpore organum est, nulla determinata pars, qua intellectum uti, atque intellectione perfici dicere aut etiam fingere possit. Non est igitur intellectio organica operatio, neque intellectus corpori permixta substantia.

Sanè tota huius loci sententia eadem illa est, quam alibi dixit, intellectum solum forinsecus advenire, neque eius actione commune quidquam corporis actione habere. Nam quod nunc impermixtum cum corpore substantiam eius esse dicit; id ipsum est, quod eo loco asseruit reliquas animae partes actione seminis ex corporis potestate educi, intellectum non ita, sed illi forinsecus advenire. Quodque hic nullum asserit habere organum, ibi actione eius dixit cum corpore commune non esse. Atque ut ibi ex actione propria, neque cum corpore commune, eum demonstravit ex corpore non educi, sed aliunde suum habere ortum, ita hic ex eo, quod corporis organo non utatur operando, substantiam eius cum corpore permixtum non esse ostendit: alterque hic locus alterius explicationem praebet.

Nec minus vero ille, qui est in t. 45. posterioris de ortu & interitu lib. Vbi adversus Empedocle differens animamque ostendens ex elementis non constare, ita loquitur. Si anima ex elementis, aut unum aliquod eorum est, alterationes animae quomodo erunt, ut musicum esse & imusicum, aut memoria aut oblivisio? Manifestum enim, quod si quidem ignis anima sit, passiones inerunt ei, quae cumque igni quatenus ignis est. Si autem mixtum, corporeae: harum autem nulla corporea est. Est enim ibi non sit quaestio, nisi anima sit cum hoc corpore, cuius est actus, permixta; sed an sit ex elementis composita: idem tamen est argumentum. Tu quia elementorum aut mixtorum corporum qualitatibus afficeretur. Tu quia corporeas solum actiones haberet: at memoria, oblivisio, musica, & id genus alia non in corpore, sed in anima sola considerantur. Itaque constans est ubique atque aperta Philosophi sententia, immateriale intellectum esse, incorporeum, inorganicum, corpori non haerentem, sed per se coherentem propriaque fructus operatione, quae corpori minime communis sit. Neque de intellectu separato est sermo: quoniam si actus corporis non est: nec de eo quaeretur, an sit cum corpore permixtum, corporisque utatur organo. Verum de illo, qui est pars animae. Non de agente, quia nobis eum inesse nondum probavit, nec omnino nominavit. Sed de illo potius, quem ad intellectum omnia potest esse esse dixit; qui, absolute & secundum suam naturam consideratur. Nondum enim in agente & patiente partitus est: universae adhuc naturae eius & propriae differentiam quaerens quaevis quaevis animae pars est a sensu ceterisque diuersa.

Tribus porro argumentis utitur Simplicius ad ostendendum intellectum a corpore solutum esse. Primum enim, inquit, inferioris & deterioris conditionis est corpus, quae sunt naturae formae (materia quippe peior est forma) multoque magis, quam intellectuales, quae altioris ordinis sunt. Et qualitates ite passivae, ut omni substantia, sic multo magis intellectuili, sunt inferiores. Natura igitur ac vita, quae cum his complicata fuerit

ac permixta, intellectuilibus formis in epta est. Dicitur corpus convertere se se in seipsum non potest. Intellectus utrumque perficit.

Verum haec, etsi ad probandum efficaciam sunt, Philosophi tamen verbis non conveniunt. Neque, quod primum proponitur, diversum ab eo est, quo impermixtum probatum est, intellectum impermixtum esse, ut intelligere queat: siquidem materia non ad intelligendum modo, sed omnino ad cognoscendum ineptat, est stolidum. Quare si cognitio sensus quoque non sit elevatione a materia, formaeque susceptione immateria; multo magis intellectio, quae susceptione immateriae optimi est cognitionis generis, fieri oportet, ut formae prolixius immaterialis susceptione: & idcirco quoque quod eam suscipit, immateriale penitus esse. Quamquam is in ea argumentatione intellectuales formas accipit esse substantias. Quod si de illarum extate dicatur, aperte falsum est: cum aliud sint, quam intellectus, & cognitiones ipsius intellectus res quae comprehenduntur. Sin autem quatenus res cognoscunt praesentant, neque est ad rem, neque vniuersae verum quoniam accidentia quoque intelliguntur.

Apposita magis dubitat, cur ab eo probatioe acciperet Philosophus nullum intellectum organum esse. Eumque respondit paulo post demonstrare, vbi alibi esse intellectus, qui sensus, impermixtum est. Ego vero non solum ab eo probatioe accipit dicitur, sed illud, intellectum qualitatibus corporis minime actum. Vtrique autem tanquam manifestum ac per se notum accipit quod tamen ex intellectuibus separatis facile potest ostenditur ex superiori probatioe confirmari, quia nullum habere actum, impermixtumque esse demonstratur: intelligere omnia. Nam si nulli materiae permixtum est, neque ite materialibus qualitatibus corporeae organo permixtum fuerit. Atque si rebus intelligendis carere illi oportet, cum qualitates illas ipsas, omniaque corporis organa intelligat, peripicuum est ab his omnibus eum abiunctum esse. Quoniam siue in se fuerit organo, aliquid actum habeat, immixtum aliis actibus non intelligeret: quemadmodum in sensu manifestum est. Poteratque Simplicius meminisse, iam pridem dictum esse, ne fingi quidem posse quam corporis parte contineatur, quod utatur organo. Non enim demonstratioem novam quaesivisset.

Nihilominus illud quoque licet adferre quod in Theaeteto legitur; intellectum comprehendere multa, quae corporeo nequeunt organo comprehendendi: & ideo non comprehenduntur sensu, quod utatur organo. Immo in quibus comprehendendis desiderandum est corpus atque ab illius conditionibus abstractum. Quemadmodum cum immateriales substantias incorporeas contemplamur; cum naturas vniuersales cognoscimus, cum simile ac dissimile, idem ac diuersum, bonum & malum pulchrum & turpe, numerorum formas, essentias rerum, priuationes ac negationes, aliaque coplura consideramus, quae cum facile & cum inopportuno esset adferre, noluit in his commemoratis Philosophus immorari. Aut certe hoc ipso probatioe genere vsus iam fuerat in textu 45. ante notato ex posteriore de ortu & interitu libro, cum mixtum esse & immixtum, meminisse & obliuisci, neque corporeas affectiones, esse neque per corpus accipere, sapienter obiecit Empedocle. Neque diuersum est Philoponi argumentum illud: quoniam permixtum est Philoponi argumentum illud: quoniam permixtum est utens corpore nequaquam potest.

TEXTVS.

Dialectica

Intellectus immixtus.

TEXTVS.

Καὶ ἐὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ζῴων οὐκ ἔστιν ἔτι οὐδὲν, ἀλλὰ ἡ ψυχὴ, ἢ ἡ ἐνέργεια, ἀλλὰ δὴ οὐκ ἔστιν ἔτι οὐδὲν.

Et rectè sanè loquuntur illi, qui animam inquit locum esse formarum. Nisi quòd nec tota, sed quæ intelligens est: nec actus, sed potestas formæ.

COMMENTARIVS LXXVII.

Aperta sunt verba, si eorum duntaxat significatio & sententia quaeratur. At quorum pertinent; an ad id confirmandum, quod intellectum dixerat intellectibus omnibus carere formis, ut omnes possit suscipere: ad illud potius, quòd intellectum tradiderat intellectuum rerum formas recipere. An etiam ad id, quod cum proximè affirmavit corporis organo nequaquam uti; non facile dixerim. In eam tamen partem inclino, ut hæc omnia spectasse Philosophum credam: omniaque simul confirmare voluisse illorum testimonio, qui animam formarum locum appellauerant. Et si minus propriè, & quadam vocis abusione, inquit Themistius, id dicitur.

Platonis fuisse verba scribit Philoponus. Quomodo enim materiam in Timæo formarum locum appellavit, quòd ut in loco corpora sic in materia formæ suscipiantur, sibi que vicissim succedant, & mutantur: Ita intellectum formarum locum appellare potuit, quòd is intellectus omnes formas recipiat. Sed duo videtur reprehendere Aristoteles. Alterum, quòd non vniuersè animam appellare oporteat formarum locum, sed solam intelligentem. Hoc verò duplicem habet difficultatem. Primum namque pro Platone responderi Philoponus, solam intelligentem eum appellasse animam; reliquas animationes potius, quàm animas: & idèb absolute animam immortalem esse, atque formarum locum pronunciasse. Verùm in promptu est Aristotelis defensio. Non enim calumniosè egit, sed iure optimo egit. Quoniam hoc ipsum, quòd solam intelligentem appellaret animam, reprehensione dignum erat: ut in primo loco iam pridem ostensum est; atque in 2. demonstratum plures esse animæ partes, vniuersamque & generalem eius notionem latius multò patere, propterea consentaneè admonendus fuit lector, non omnem animam, sed intelligentem solam formarum locum appellandam esse.

Cæterùm altera occurrit grauior multò difficultas, quomodo hoc verum sit, aut affirmari ab eo possit, qui sensum, quoque dixerit in tex. 121. superioris libri sensiles formas sine materia suscipere. Si enim hoc ita sit, non igitur sola intelligens, sed sentiens quoque anima formarum locus fuerit; intellectuum illarum hæc sensilium. Sane Themistius ita esse confirmat, dum non totam animam, sed has solùm duas partes formarum locum esse ait. Quocirca sola excluderetur vegetans pars, de qua illud extat apertè,

A quod de plantis fuit pronunciatum in tex. 124. eas non sentire, propterea quòd principium illud non habeant quo sensilium formas possint suscipere. Verùm hæc interpretatio Aristoteli prorsus aduersatur, qui sentiente quoque reiecta solam intelligentem asserit formarum locum appellandam. Sanctus Thomas, qui que sensiles & intellectuales species introducunt, propterea respondent de sola intelligente ita loquendum statui; quoniam sensiles species in organo corporeo; non in sentiente anima suscipiuntur: at intellectuales in anima sola, quippè nullum illius organum sit. Quæ responsio alicui fortasse probabitur. Mihi verò nullo modo. Tum quia cerum habeo, nec sensum, nec intellectum spectibus illis vti: sed formam, quam vtraque animæ pars suscipit, cognitionem esse, & comprehensionem, quæ obiecti cogniti veluti forma est. Tum quia de speciebus, quas illi dicunt, nullus antea fuit sermo; sed de intellectu; deque intellectus cognitione, qua is omnia intelligere dicitur esse: & idèb ab omnibus separatus esse, ut omnia intelligere omniumque intellectas formas suscipere queat.

Duobus igitur modis intelligendum est, solam hanc animæ partem locum formarum esse. Aut enim hoc ad id referri potest, quòd proximè dictum est, intellectum esse inorganicum: aut ad illud, quòd paulò superius fuerat affirmatum; eum intellectuum formas suscipere, omnibusque carere oportere, ut omnes suscipiat. Si priore modo accipitur, verè solus intellectus est formarum locus. Quia cum nullo vtatur organo, sed intelligere propria sit illius operatio; solus ipse intellectiones suas velut rerum intellectatum formas suscipit. Sensus non item. Quoniam ut propriam non habet operationem, sed cum organo communem: totusque cum organo permixtus est & copulatus: ita non is solus, sed cum eo organum totum inquam coniunctum, sensationes ac sensilium formas recipit. Sin autem posteriore modo ad anteriora id referatur; quò modo intellectum dixerat cognoscere omnia, carere omnibus, & recipere omnia; eodem solum eum subiungit formarum esse locum: absolute scilicet & vniuersè; non vnus tantum generis, sed prorsus omnium. Sensus enim, ut determinati generis est, sic formarum locus absolute & sine limitatione dici non potest; sed huius fortasse illius forme formarum generis. Nam & locus quidquid recipit tanquam extraneum recipit & aduentitiu: estque indifferens ad omnia locata recipienda; nec ad vnum magis quàm ad aliud determinatum. Et intellectum nihil esse dictum est eorum, quæ sunt, antequam intelligat; sed ad omnia potestate. Est etiã intellectus locus formarum, non materia: quia materia per multam alterationem suscipit formas; intellectus vt est inorganicus & impermixtus, nec quidquam cum vilo habens commune; sic velut locus locatum, sine vlla alteratione intellectuum omnium formas admittit. Quòd sanè non est in sensu; qui plurimas omnino alterationes patitur, dum organo corporis permixtus est. Hinc materiam in 4. Phys. tex. 15. negauit esse locum: quippè vt dictum est, hoc vel maximè materia differt à loco, quòd illa per alterationem, hic

KKKK

Anima
ut locus
formarum.

An
sensibilis
anima
formarum
locus.

XTVS.

Themistius non esse organicum probat, quia qualitibus organi non afficitur: non afficitur autem, quia una re intellecta ab intelligenda alia non impeditur; quemadmodum impeditur sensus, qui cum sit organicus, organique qualitibus afficiatur, vehementi suscepto sensili remissionis accessus & sensio impeditur. Simplicius autem, propterea quod virtus omnis organica operando patitur. Quod in sensu manifestum est, dum eius organum à sensilibus nimium cogitur, aut dissipatur, & omnino vehementius pulsatur. Si igitur intellectus esset organicus, pateretur nimium ac dissolueretur, à vehementibus obiectis; quemadmodum patitur, ac dissoluitur sensus, patiente scilicet ac dissoluto organo, in quo is consisteret, quoque ad operandum vteretur. At sensus quidem patitur, ac dissoluitur, intellectus verò non item: sensus igitur organicus est, intellectus inorganicus.

Intellectu in organico esse esse sympathibilem.

Huius interpretationi magnopere fauent postrema illa verba (sensitivum enim non abique corpore, intellectus autem existit separabilis) hoc est sensus absque corpore organo non coheret, intellectus inorganicus per se subsistit. Hæcque optima certè ac vallidissima probatio est. Sed num consentanea philosopho sit, equidem non parùm dubito, dum prima & postrema sermonis verba considero. Namque postrema hæc quæ favere videntur, faverent sanè si particulam (igitur) continerent veluti argumentationis conclusionem. Ita enim ostenderent illud Aristoteli ad probandum fuisse propositum. At dum causalem (enim) habent, aduersari potius mihi videntur: causamque propositionis cuiuspiam adferre, quæ probanda fuerit. Eam itatim exponunt prima illa verba. (Non esse similem sensus & intellectus incompatibilitatem). Quam propositionem acceptam arbitror ex eo loco, in quo intellectum ostendit incompatibilem esse. Cum enim principio accepisset, intelligere, aut esse pati quoddam ab intellectu, sicut sensus patitur à sensili; aut aliud eiusmodi quidpiam, hoc est susceptionem solam sine passione: deinceps postremum hoc membrum probavit; intellectumque ostendit susceptivum quidem formarum, incompatibilem tamen esse, & ideo impermissum & inorganicum. Quæ omnia ad explicandam questionem illam initio propositam pertinent, quamnam sit propria intellectus differentia, quoque modo intellectio fiat. Sic enim traditum est susceptionem formarum commune quidpiam esse intellectioni & sensationi; naturamque illarum susceptivam, quasi genus intellectui & sensui: propriam autem differentiam, qua intellectus & intellectio à sensu & sensatione distinguuntur, incompatibilitatem esse. Tandem ut uniuersam hanc questionem absolueret, docenda fuit huiusce differentie causa: cur inquam sensus suscipiendo patitur, intellectus non item. Quare ut ratione susceptionis & potestatis ad formas suscipiendas (quæ commune genus est) dixerat in tex. 3. intellectum perinde ad intellectilia se habere, ac se habet sensus ad sensilia: ita nunc ratione incompatibilitatis, quæ propria est intellectus differentia; subiungit non eodem modo se se habere sensum ad sensilia, quo intellectus habet ad intellectilia. Omnino enim hæc verba superioribus illis respondent, atque hanc sententiam continent: nimi-

rum rationem querunt, cur sensitivi & intellectivi similis incompatibilitas non sit; hoc est cur sensus incompatibilis non sit, quemadmodum intellectum dictum est incompatibilem esse.

Primum igitur rem ita se habere confirmat. Deinde cur habeat, exponit sensitivum; hoc est id, quod sensationis principium existit, non esse incompatibile, ut est intellectivum, quod intelligendi principium est; tum ex sensoris, tum ex sensu manifestum euadet: ex utraque inquam parte qua integrum & absolutum sensitivum constat corporis organo atque animæ facultate. Utraque enim patitur, læditur, ac dissoluitur.

Non sã de sensue & intellectu incompatibilis.

Organum primo loco nominat, deinde sensum: quia corporeum organum materia concretum atque ex elementis permixtum, est id quod primum patitur, ac dissoluitur. Eo verò patiente ac dissoluto patitur quoque, debilitatur, ac perditur ea virtus, quæ in illo consistit, atque per illud operatur. Id in vehementioribus obiectis animaduertes. Propterea enim (quod experitur vnusquisque) si vehementius quidpiam senserimus, ad sentienda reliqua imbecilliores sumus: immò nihil planè interdù sentimus. Velut si vehementem sonum audiuiimus, si lucem ingentem aut colorem aspeximus, si fortem atque immoderatum odorem olfecimus; minùs omnino sonos cæteros persentire coloremque intueri, & odores odorari possumus. Quoniam à vehementibus illis & immoderatis sensibus perturbatus est, ac etiam debilitatus sensus, nimiumque coactum aut dissipatum sensorium. Quò fit ut quandiu ita permanserit, à minùs cogentibus aut dissipantibus obiectis nequeat permoueri; nec ad eam functionem prorsus aptum sit, quæ mediocritatem & temperiem postulat. Cõtrà intellectus intelligendo non solum non patitur aut debilitatur, immò perficitur. Et quò magis fuerit quidpiam intellectile, eò magis confirmatur ille, atque ad intelligenda cætera, quæ minora sunt & inferiora, enadit robustior. Præstantiora hæc intellectilia non ineptè Simplicius interpretatus est formaliora quæque transcendentesque terminos, ac diuiniore, puriorisque substantias, & omnino principia & causas. Sed hæc exempli causa commemorata videntur. Vniuersè autem dici possunt ea esse, quæ magis sunt entia. Nam cum intellectile sit vnumquodque, quia est ens, perfectiora quæque ac meliora entia magis sunt, & præstantiora intellectilia; quæ intellectum perficiunt maximè atque ad cæterorum intellectiõnem roborant. Huius porò inter sensum & intellectum diuersitatis causa ex iis petitur, quæ antea declarata fuerunt. Neque alia est, quàm quòd sensus organicus est, nec sine corpore organoque corporeo existit aut operatur: intellectus autem inorganicus & impermissus corpori. Quare cum passio dissolutio, & interitus materiæ & corporum propria sint, quæ verò cum materia non sunt, ab iis censentur immunia; sensum necesse est patibilem esse, intellectum incompatibilem. Vnde consequens est, sensum cum corpore corruptibilem esse, intellectum separabilem & immortalem.

Porò ad huius loci explicationem non parùm conferet ea, quæ in superioribus dicta sunt in tex. 123. & 143. in quibus sensum quoque tradidit pati, dissolui, ac perdi ab immoderatis & redun-

KKKK ij

dantibus obiectis. Quoniam etsi sensus mistio nō sit, cum tamen in corpore misto cōsistat, atq; in quadam organi proportione ac temperatione, tum quoad primas qualitates, tum quoad raritatem & densitatem, conferuetur; ea nimirum à vehementiore obiecti motione dissoluta, eandem ipse ruinam simul sentire cogitur.

Quod si intellectum qui piam obiciat intelligendo & contemplando fatigari; hocque organice & corruptibilis virtutis propriū esse. Deinde vehementem, atque immoderatam sensilis obiecti motionem exterioris duntaxat, non interioris sensus organum pulsare. Quare confici, solum exteriorem sensum pati, lædi ac dissolui: interiore non item; qui tamen nihilominus organicus est. Immo quod philosophus ait de intellectu, de phantasia quoque dici posse. Quippè si difficile quid imaginari fuerimus, inferiora facilius imaginabimur. Et cum intelligere nisi imaginando non possumus, cum intellectū magno magnū imaginabile coniunctum esse oportet: atque ut à magno intellectū ad intellectū minora, sic à magno imaginabili ad imaginabilia minora facilius denoluemur. Respondendum fuerit, sensum duobus modis pati ac lædi. Aut à vehementi & immoderato obiecto, ut à nimia luce aspectus: aut à diuturna nimis operatione ac sensilis perceptione. Exteriores sensus, qui primam & realem sensilium motionem atque impressionem suscipiunt, priori sanè modo patiuntur atque læduntur. At posteriori item sensus & phantasia. Proptereaque fatigantur, & quiete indigent, quoniā materiales, corporeæ, atque organice virtutes sunt. Intellectus neutro modo per se pati potest aut lædi: sed consequenter duntaxat interdum fatigari vel (ut verius dicam) impediri, ne operetur; etsi nihil ipse læsus aut fatigatus fuerit. Idque patiente aut fatigata phantasia euenit. Eius siquidem velut famulæ opera indiget quandiu in hoc corpore commoratur, ut absentia illi obiecta subministraret ac renunciet. Ita planè traditum est in tex. 66. libri 1. Intelligere, inquit, & contemplari marcescit alio quodam intus corrupto, hoc est phantasia: ipsum autem impatibile est.

*Sensum
duobus
modis
pati ac
lædi.*

*Intellectus
ut
fatigatur
in
telligēdo.*

Quæ autem passio ac fatigatio organice & corruptibilis virtutis indicium est; ea est, quæ per se, siue prioris, siue posterioris generis; non item ea, quæ consequenter, est. Iam etsi, ut dixi, ne hæc quidem intellectui accidit. Neque is fatigatur vnquam, sed robustior semper cum sit, ab intelligendo impeditur famulatrice phantasia fatigata. Quemadmodum etiam in delitiis, somniis, ebrietatibus, perturbata & perperam operante phantasia vacillat quoque & errat intellectus.

Verum hoc loco philosophus priorē illam solam passionem, ac læsionem attulit, quæ à vehementi obiecto proficiscitur. Tum quod hæc notior & manifestior sua natura sit. Tum quod eius in superioribus meminisset; causamque in memoratis locis iam explicasset. Quare si post difficile quidpiam imaginabile, imaginari liceat inferiora; idcirco licet, quoniam virtus ea priorē illo modo, quo exterior sensus, non patitur. Impatibilis tamen non est, neque incorruptibilis, ut intellectus; quod alteri passionis generi per se obnoxia sit.

Ita licet concludere; quod per se patibile est &

corruptibile, corpus esse, organumque corporeis sentientem facultatē ex accidente, quatenus patitur patiente organo, in quo tota residet. Et idē verè dixit philosophus, sensitiui patibilitatem, tum ex sensoris, tum ex sensu manifestam esse: quoniam vtrumque patitur, sensorium per se, sensus ex accidente, patiente sensorio. Intellectum autē neutro modo: sed ut inorganicus est & impermissus corpori, sic impatibile prorsus & immortalem subsistere, etsi corpus vniuersum de singula eius organa frangantur, dissoluantur, & pereant.

B

TEXTVS.

Ὅτις δὲ οὐτως ἕξει, ἥτοις, ὅς ὀπίσσω ἄρτου ὁ γὰρ ἐπέργει. τὸ δὲ δὲ σὺν αὐτῷ, ὅτις δὲ αὐτῷ ἐπέργει δὲ αὐτῷ ἔστι ἐπὶ ὁμοίως ἢ τὸ πρὸς δὲ αὐτῷ πρὸς τὸ μὴ εὐρεῖν, ἢ ἐπὶ μὴ εὐρεῖν ἢ εὐρεῖν.

Cum autem singula factus fuerit, sperinde atque in, qui dicitur actu sciens (id verò euenit, cum per ipsum potest operari); est quidem & tunc potest quodam modo; non tamen eodem, quo antequam didicisset, antinensisset.

C

COMMENTARIVS LXXIX.

Hactenus puram & simplicem intellectus naturam, quatenus facultas quædā est animæ, proposuit nobis Philosophus. Quidque intellectus sit antequam operari atque intelligere aggrediatur, aperte satis declarauit. Voluit autem intellectum animæ facultatem esse immaterialem, incorpoream, & inorganicam: velut potestatem quandam ad intellectū omnium rerum formas suscipiendas, omni earum conditione spoliatam. Quem propterea intellectum potestatem, seu patibilem nominamus: verè autem est intellectus absolute, & ut à natura existit. Idcirco quod ab interpretibus dicitur, de intellectu potestatem patibilitate hæctenus fuisse dictum; nunc verò de eo disseri, qui habitu consideratur: verius multò dictum fuisset, post absolutam & nudam intellectus naturam in potestate quadam, & formarum omnium atque actuum vacuitate consideratā, potestati huic & vacuitati actum atque habitum apponi: atque vbi cognitum est, qualis suapte conditione sit intellectus, & quem admodum se se habeat antequam quidquam cognoscat; doceri quoque qualis intelligēdo erudat, quoque modo post rerum cognitarum formas susceptas habeat. Ita à potestate ad actum, à materiali ad formale, & omnino ab imperfecto ad perfectum progreditur: consuetam videlicet obseruans methodum; à potestate ad habitum, & ab habitu ad actum, qui est omnium perfectissimus, pulchrè transiens.

Duo autem de hoc intellectu, quem habitu appellamus, paucis verbis exponit: quid sit, & quemadmodum se habeat. Quid sit, tum definitione comprehendit, tum illustrat exemplo. Definitio est, intellectus habitu est intellectus singularis factus. Hæc ex definitione intellectus absolute considerati deducitur, atq; illi quodā modo veluti habitus potestati opponitur. Intellectum absolute consideratum antea definiuit potestatem quandam

quandam esse ad intellectilia omnia, omnibus prorsus spoliata. Hunc intellectum habitu eum appellat, qui est singula factus: omnibus scilicet intellectuum formis perfectus & exornatus, omnes actu continens in seipso ac possidens. Exemplum hominis adfert actu scientis: non actu secundo, sed primo: non actu contemplantis (hoc enim intellectus actu, non habitu exemplum foret) sed actu scientiæ habitum adepti, proximèque ad contemplandum dispositi. Ita nimirum ipsemet interpretatur, cum non modo scientem ait, non contemplantem; verumetiam statim subiungit, tunc demum actu scientem appellari, cum per seipsum operari potest, omnibusque aliis remotis ipse sibi sufficiens ad contemplandum est. Hic autem is est, qui scientiæ habitum comparato actum primum habet, quo prodire ad secundum potest. Quare ut actus primus inter meram potestatem, & actum secundum; scientiæque inter scientiæ capax & contemplantem; sic intellectus habitu inter intellectum potestate & eum; qui actum consideratur, mediis existit. Intellectus potestate est velut homo scientiarum capax, nullam actu habens; intellectus habitu velut sciens; intellectus demum actu velut contemplan-

plans. Estque inter scientem & intellectum habitu similitudo plurima. Quoniam ut homo sciens dicitur propter habitum acquisitum, quo è potestate prima & essentiali, qua erat scientiæ capax, factus est actu sciens; & adhuc est potestate altera & accidentaria ad secundum contemplationis actum: sic intellectus habitu appellatur, quod intellectuum formis iam predictis à potestate ad actum transferit, sitque potestate ad ipsas actu intelligendas. Ac rursum ut se habet sciens ad contemplandum, sic ad actionem suam intellectus habitu. Sciens absque docentis opera contemplari potest quandoque voluerit; & interdum quidem contemplatur, interdum verò à contemplatione cessat. Et intellectus habitu, etsi externum intellectibile obiectum non adfert, intelligere tamen, ubi libuerit, potest atque etiam ab intelligendo quiescere. Porrò eodem hoc scientis exemplo in superiori quoque libro à tex. 55. & deinceps in sensus natura exponenda meminimus visum fuisse Philosophum: tum ut constantem ubique ac sibi simile agnoscat: tum ut quæ hoc loco de intellectu dicuntur intelligas: atque intellectus demum & sensus similitudinem ac differentiam videas. Scientem & potestate & actu in quibus dicitur; utrumque duobus modis: potestate inquam tum remota & essentiali, qua naturæ capacitatem operatione, atque habitu carere significat; tum propinqua & accidentaria qua habitus est, qui non operatur, sed operari potest. Et actu itè, tum primo & essentiali, qui habitus est & forma; tum secundo & accidentario, qui est operatio ab habitu & forma profecta. Homo scientiæ capax, sit actu primo sciens docentis opera, qui actu sciens fuerit. Vbi verò scientiæ habitum comparavit, potestate adhuc est ad contemplandum. Sed à seipso ad contemplationis actum venire potest. Non absimili modo in sensu & intellectu res habet. In sensu quod est potestate essentiali sentiens, à procreante fit actu primo sentiens. Quod autè sentien-

di facultatem habet, potestate accidentaria est ad sentiendum, sitque actu: sentiens, à seipso sentionem promens; at non sine externo obiecto presente. Hæc eo loco de sensu prodita sunt. Nunc eodem scientis exemplo eadè planè de intellectu tradit; unico tantum discrimine intellectus, qui suapte natura potestatem solam ad intellectilia significat, estque velut potestate essentiali, ad actum primum & formam intellectuum transit docentis opera aut propria certè discipulis inuentione. Vtriusque enim philosophus meminit, inquit Philoponus; quia omnis scientia horum modorum altero comparatur. Huncque intellectum habitu nominamus, qui scientiæ scientiæque facultati respondet optimè: quoniam in intellectuum genere velut habitus est & actus primus. Verum is potestate adhuc existit accidentaria ad actum intelligendum. Quem actum dum promit, non nihil differt à sensu, estque prorsus scienti similis. Nam sensus ut actum sentionis edat, externo eget obiecto, à quo ad agendum moueatur: intellectus habitu & sciens nullo alio opus habent. Sed uterque, ut non solum hoc loco, sed etiam in tex. 60. notati libri dicitur, intelligere potest, ubi libuerit, ac per seipsum operari. Interiecta enim illa verba (id verò euenit, cum per seipsum potest operari) tum de sciente, tum maximè de intellectu habitu intelligenda sunt.

Quocirca verissimè etiam illud est, quod subiungit, intellectum habitu, postquam fuerit singula factus, potestate adhuc esse quodammodo, at non perinde ut antea, quam didicisset, aut inuenisset. Nam antea, cum purus & nudus esset intellectus, potestate essentiali, & remota erat ad intelligendum. Carebat enim, tum actu secundo intellectiois, tum primo intellectuum formarum: eratque potestate, tum ad habitum, tum ad actum. Iam verò singula factus in actu primo & essentiali potestate habet ad actum secundum: qui cum sit accidentarius, propterea hic intellectus habitu non absolute, quemadmodum antequam didicisset aut inuenisset; sed quodam modo, dicitur esse potestate: eamque ipse explet, cum in seipso formam & intelligendi principium habeat. Atque intellectus quidem potestate erat potestate ut fieret habitu: hic autem est potestate ut fiat actu. Ac demum (ut ex consequentibus verbis colligitur) ille potestate erat ad intelligenda cetera omnia; hic ad intelligendum seipsum.

Ceterum quod dicitur (singula factus) nequam absolute & simpliciter intelligendum est; quasi intellectus fiat res omnes secundum esse ipsarum naturale & reale, quo in seipsis existunt. Sed quemadmodum intelligendum fit, declarant illa verba, quæ post adscribet. Lapis non est in anima, sed forma lapidis. Non inquam realis & materialis ille lapis, quem oculis cernimus & manibus tangimus: sed illius similitudo, notio, forma sine materia & corpore cõprehensa. Quare ut coloris aut alterius rei forma reipsa in materia suscepta, eam reipsa coloratam, aut omnino talem efficit, qualis est forma: Sic notiones ac formæ rerum omnium cognitarum in intellectu susceptæ illum efficiunt omnia, non reipsa, sed similitudine quadam, ut alibi pluribus explicatum est. Hicque intellectus intellectibus rerum omnium formis excultus, toto eo tempore, quo quiescit & nihil actu contemplatur, intel-

Intelle-
tus ha-
bitu
potestatis

Intelle-
tus &
sensus
similitu-
dine &
differe-
tia.

Ut in
intellectu
omnia
fiat.

ctus habitus nuncupatur: multò sanè perfectior, quàm antea, cum in sola potestate versaretur, formis omnibus carens: nondum tamen planè perfectus. Quoniam quidquid aptum est operari, tum demum perfectum omnino censetur, cum operatur; finem scilicet suum consequutum.

Intellectus & materiae similitudo.
Idem in sciente & sensu accidit: & verò etiam in natura. In qua materia est velut intellectus potestate omnium imperfectissima: substantia perfecta, quæ formam adeptam est, velut intellectus habitu, melior certè est, quàm materia; at non omnibus modis perfecta, nisi cum operatio naturæ illi conueniens accesserit. Atque huiusmodi est intellectus in actu, perfectissimus omnium & absolutissimus. Ita non solum scientis, sed sensus quoque & materiae exemplo declaratum est, quid sit intellectus habitu, & quomodo se habeat.

Philosophum verò scientis potissimum exemplo tres ob causas usum fuisse arbitror. Primum, quòd eodem in explicanda sensus natura fuisset usus. Deinde quòd illud ipsum ad intellectum pertinet, atque in eodem consideratur. Ad extremum, quòd ita significare voluit & quasi clariore voce dicere, quid sit intellectus habitu, nobisque declarare quomodo intelligendum sit illud (singula factus) vt intellectus habitu significetur.

Vt intellectus omnia fiat: & quid intellectus habitu.
Tribus enim modis intelligere possumus singula fieri: Aut per intellectuales species, quas proportionem sensilibus respondentem intellectus agentis lumine ex phantasmatis excitatas inuenit sanctus Thomas, & Latini plerique in intellectu patibili suscipi, vt earum ope vniuersas naturas, quarum sunt species, intelligere queat. Aut per cognitiones singularum rerum, quas actu subinde format & suscipit, dum res quasque & naturas cognoscit. Aut demum per habitus habituales cognitiones ex actualibus illis comparatas. Intellectuales illas species ab intellectu diuersas apud Aristotelem ego quidem certè non reperio, neque villo modo ad intelligendum necessarias esse arbitror. Verùm aduerius eas post pluribus disputabo. Cognitione & conceptio intellectus intellectæ rei forma quidem est in intellectu, intellectum tamen habitu non absoluit. Tum quia transiens actio est, non permanens ac diuturnus habitus. Tum quia operatio est, non operationis principium: intellectus autem habitu non dicitur, vt operatur; sed vt operari per seipsum potest: intellectusque actu cognoscens, vt contemplans est, non vt sciens. Tum verò etiam, quia si sermo sit de cognitione habitu antecedente, quaque is acquiritur; per eam intellectus nondum est singula factus, sed sit: sin autem de illa, quæ ex habitu proficiscitur, hæc sanè ad intellectum actu potius pertinet; quia quod operatur, actu est. Reliquum igitur fuerit intellectum habitu (vt vox ipsa significat) habitualibus cognitionibus constare; eumque esse, qui scientiarum habitibus præditus est. Hic enim verè est tanquam sciens; habitu scilicet præditus, quo per seipsum operari potest. Quod de intellectu specie cognitionem antecedente parùm accommodatè dicitur. Quoniam is, qui nondum cognitionem vllam habuisset, sed præparatus solum ad cognoscendum esset; similis illis diceretur, qui iam pridem cognitio-

nes omnes, easque toties repetitas habuisset, vt ex illis habitu contraxisset. Verùm aperitissimè illud est, alio modo intellectum habitu potestate esse, quam esset, antequàm didicisset, aut inuenisset. Duo hæc namque (didicisset, aut inuenisset) de speciebus illis dici non possunt. Non enim eas aut à præceptoribus docemur, aut propria inuenimus industria. Sed si vlla sunt, agentis intellectus lumine excitantur in nobis: didicimus vel inuenimus cognitionem & scientiarum habitus. Sciens igitur species quædam & forma fuerit intellectus habitu: & illius tanquam vniuersæ speciei ac partis exemplo voluit Philosophus explicare, quid vniuersè esset intellectus habitu: qui latius omninò patet, quàm sciens, cognitionemque omnem, tum theoreticam, tum practicam comprehendit.

Atque ita demum Interpretes Græci tradiderunt. Alexander in suo primo libro de Anima cap. de intellectu secundum habitum, & cap. de intellectu secundum actum. Et libro 2. cap. 17. de materia ad textum primum huius libri, & hoc locum ipse, tum Themistius. Quocirca idem proferus substantia est intellectus habitu, & intellectus potestate: hoc duntaxat discrimine, quòd alter est imperfectus, alter perfectus: ille intellectibus formis spoliatus, hic ex cultis omnibus & ornatus: ille potestate, hic actu: ille velut materia, hic tanquam forma: ille non potens operari, nisi adiuuus ab alio, hic per seipsum potens, quodcumque libuerit intelligere. Quæ tamen omnia accidentaria, non essentialia differentiam significant. Nam vt idem est homo ignis primum, deinde sciens; ita nimirum idem est intellectus potestate primum, deinde habitus cognitionum perfectus. Et vt scientia homini, sic cognitio habitus intellectui accidentarium quidpiam sunt & adscititiæ, quod diuersam essentiam non facit.

Poriò intelligatur vocem illam (singula referri ad illud quod in tex. 4. dixerat (omnia intelligit) sed ita referri, vt necesse non sit intelligere omnia, vt sit intellectus habitu: quis enim est hominù, qui omnia intelligat? nullus igitur intellectum habitu possideret. Sed satis sit esse factum aliqua alicuius generis, vt in eo genere habitu esse dicatur. Propterea dixit (singula factus) non, omnia factus. Nam & artifex habitum habet huius artis, dum singula nouit, quæ ad illam artem pertinent: etsi quæ ad alias spectant, ignoret. Sic intellectus potest esse habitu circa naturalia, & ignorare ea quæ supra naturam sunt. Immo in vno & eodem genere potest esse habitu aliqua, quæ optime nouerit: & non alia, quæ aut penitus ignoret, aut minus benè percipiat. Quidni enim cœli & simplicium corporum cognitionem accuratam habeat; & non item mistorum aut animatorum? Hoc igitur est illud (singula factus). Nisi etiam distinctam cognitionem significet; qualis in scientiis requiritur. Quippe intellectus non diceretur factus aliqua, nisi illa distincta intelligeret, & causas illorum cognosceret. Tunc enim sermo nos aliquid arbitramur, cù per causam illud cognoscimus, vt est in tex. 5. lib. 1. posteriorum animalium. Sed & cum non fieri sed factum dicit Philosophus, perfectum significat cognitionem, longè

studio multaque exercitatione comparatam. Hoc . n. est habere habitum : quique eum habet, potest sine alio labore contemplari : sicut in tex. 36. lib. 2. Phys. ars dicitur non deliberare : quia qui artis habitum habet, sine alia ratiocinatione, aut consultatione opus statim agreditur, quia statim videt quomodo sit operandum, & quomodo opus perfectum effici possit.

TEXTVS.

Kai autem de autem tunc dicitur vobis.

Et ipse tunc seipsum potest intelligere.

COMMENTARIVS LXXX.

Intellectum, qui est habitu, tribus modis ab Ieo, qui est potestate, differre docuit. Primum quod hic nihil est actu eorum, quae potest intelligere; ille singula factus omnium habitum habet. Deinde quod ille potestate essentiali & remota existit ad intelligendum; hic accidentaria duntaxat, & proxima. Tertio, quod ille ex se operari non potest, sed ab alio trahi ad actum debet; hic per seipsum intelligere valet quando voluerit. Quartum nunc addit, intellectum habitu intelligere seipsum posse, intellectum potestate non posse. Particula vero illa (tunc) duo mihi significat. Primum est; eandem esse intellectus substantiam, quae potestate dicitur, & habitu; & antea quidem, cum in sola potestate versaretur, cognoscere seipsum nequit, post vero aliorum intellectuum habitibus perfectus potest. Non enim diuersam vox illa facultatem & substantiam cognoscentem, sed cognoscendi tempus significat. Alterum; Aristotelem verbis hisce non tam asserere intellectum seipsum cognoscere, quam tempus & modum cognitionis ostendere. Eum namque seipsum cognoscere, atque in seipsum redire, tum erat manifestum, certum, atque experientia cuiusque testatur; tum ex superioris traditui satis superque intelligebatur. Nam si immaterialis est, impermissum corpori, & inorganicum, immunitis ab eo est, quod reditum & conuersionem in seipsum impedire posset, impeditque in sensu. Et vero ex intellectibus ceteris, qui seipsum intelligunt, facile idem poterat de humano probari: Addendum tamen hoc ipsum, & quoquo modo significandum fuit; ut intellectus distingueretur a sensu, quem in tex. 32. superioris libri dictum fuerat seipsum non cognoscere. Et ne quis fortasse in tex. 4. probatum videns, eum cum materia & corporeis rebus permixtum non esse, ut intelligat omnia, materialia sola & corporea crederet illum intelligere; non item seipsum, cum a seipso diuersus, sibi que impermissus esse non possit.

Tempus autem & modus cognoscendi obsecritatem habebant plurimam. Tempus; quoniam a primo ortu & naturae suae conditione non hac modo, sed omni prorsus cognitione caret. Modus vero; quoniam est immaterialis & abstracta substantia fit, ut intellectus ceteris; non eodem tamen modo se habet, quo illi; sed corporis forma est. Quare non per essentiam ut diuinus intel-

lectus; neque directè, ut ceteri, intelligere seipsum potest. Sed alio quopiam modo. Praetertim cum in intelligendis ceteris rebus opera & famulatu corporeorum sensuum & phantasiae utatur: ipse autem immaterialis & incorporeus cum sit, percipi sensibus & phantasia comprehendere nequeat. Tempus igitur illud est, cum singula factus & aliarum cognitionum habitibus perfectus fuerit. Modum autem hunc indicat, qui ex ceterarum rerum cognitione deducitur. Cum enim eum scribit seipsum tunc intelligere, cum fuerit singula factus resque alias cognouerit: Profecto cognitionem eam significat antecedere oportere, veluti necessariam ad illum in sui ipsius cognitionem inducendum.

Digestio XXIII. Quomodo intellectus seipsum intelligat.

Quo loco grauis existit inter Simplicium & Alexandrum controuersia. Etenim Alexander non alio modo, quam ex accidente seipsum dixit intelligere intellectum, intelligendo scilicet intellectuales formas, cum quibus ipse quodam modo est idem. Ita enim fit, ut dum eas per se & primario intelligit, seipsum etiam ex accidenti intelligat. Sententiam hanc Alexandri paucis verbis commemorat Simplicius: sed pluribus habes apud ipsum explicatam in 1. libro de anima cap. de intellectu secundum actum. Eandemque Themistius & Auerroës hoc loco, & S. Thomas ad tex. 15. sequuti sunt. Magnus quoque Albertus ex accidenti cognoscentem fecit, dum eum tradidit propterea seipsum cognoscere, quod intellectuales formas in seipso esse cognoscat.

Simplicius autem contra pugnat, nequaquam ex accidente, sed primario eum, tum aliarum rerum formas, tum seipsum intelligere. Si enim, inquit, ex accidente duntaxat, non per se, notus sibi esset, neque substantiam suam, neque vitam aut operationem cognosceret. Quare nihil profecto de illo scriberemus: non eum diceremus partem esse animae, non immaterialem, incorporeum, impermissum, impatibilem, immortalem, inorganicum, propria sibi neque communi cum corpore operatione praeditum, non esse agentem aut patientem, non potestate, habitu, aut actu, non theoreticum aut practicum, Etenim haec non intellectibus formis, sed in ipso intellectu considerantur: neque illis, sed hic conueniunt. Deinde dum ita isti loquuntur vim omnem reflectendi se supra seipsum intellectui nostro praeripiunt. Si enim redire in seipsum posset, non ex accidente, sed per se & principali actione naturam suam atque operationem cognosceret. Quod sane tum ex immaterialis substantiae natura nascitur, tum vero in nobis ipsis experimur seipsum, non solum rem quampiam aliam, verum illam ipsam intellectionem, qua illa intelligimus, intelligentes: non tanquam rem intellectam, sed velut intellectus actionem, quae ea sunt intellecta. Ac rursus intellectus naturam tanquam ab intellectis omnibus rebus diuersam contemplamur. Certè facultatum inferiorum actiones & naturam per se & peculiari actione cognoscimus, non illius ipsius, sed alterius superioris virtutis. Communis enim sensus particularium

Intelligere per se, non ex accidente.

KKKK iij